

www.e-rara.ch

De piscibus et aquatilibus omnibus libelli III novi

Gessner, Conrad

Tiguri, [1556]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: 18.2031

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-4928>

Clarissimo viro Burchardo Mythobio medico & philosopho nobilissimo Conradus Gesnerus
medicus s. d.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CLARISSIMO VIRO BVRC-
 hardo Mythobio Medico & Phi-
 losopho nobilissimo Con-
 radus Gesnerus me-
 dicus S. D.



THOMAS Erastus Helueticus,
 cuius meus, vir in omni philoso-
 phia ac rei medicæ scientia præ-
 clarè doctus, suis nuper ad me li-
 teris eruditionem simul & humanitatem tu-
 am, clarissime Mythobi, splendide prædica-
 uit. Et icones aliquot animantium raras, Bal-
 thici præsertim maris aquatilium, te posside-
 re adiecit, quas mihi communicaturum te sis
 pollicitus, si qua commoditas tanto locorum
 interuallo mittendi daretur: cum ego in Helue-
 tijs non procul summis alpibus & Rhenifon-
 tibus habitem, tu verò in remota ad Septen-
 triones Germaniæ parte, Munda (ni fallor) ci-
 uitate illustri ad nobile flumen Visurgim si-
 ta, apud Ericum illustrissimum ducem Brun-
 suicensem honestissimo loco degas. Hac e-
 go benignitate tua excitatus, cū hunc de Ger-
 manicis Aquatilium vocabulis editioni para-

rem Catalogum, te ante omnes et patronū il-
 lius optimum, & censorem doctissimum, de-
 ligendum mihi constitui. Tu enim, si quis ali-
 us, pro eruditione tua emendare pleraq;, ad-
 iycere plurima poteris. Id autem vt perficias,
 & simul quot quot habes pictas aut delinea-
 tas, imprimis Aquatiliū, effigies, earum me
 participem facere digneris, non solum vt me
 vnum hoc beneficio tibi obstringas perpetuo,
 verū etiam vt hanc Naturæ contemplatio-
 nem (magnis hucusq; tenebris & ignorantia
 inuolutam) doctrina tua diligentiaque promo-
 ueas atque illustres: hoc inquam vt facias, &
 petitionem nostram non asperneris, totius Rei
 pub. literariæ nomine humanitatem tuā iterū
 atq; iterum oro, perque omnes Musas & Gra-
 tias, quas tantopere colis, præstantissime &
 perpetuò mihi obseruande Mythobi, obsecro
 et obtestor. Vidi ante annos aliquot egregias
 lucubrationes tuas, Stereometriam & An-
 nuli Astronomici compositionem, magno ab
 eruditis hominibus applausu acceptas. Ex il-
 lis perspecta doctrina tua, summam eidem li-

beralis animi coniunctam esse benignitatem,
 ut omnino mihi polliceor, ita ut qua peto
 speroque mature prestes, avidissime expecta-
 bo. Vale. Tiguri. decimo Kalend.

Aprilis. anni Salutis. M.

D. LVI.

